


EUNTES IN LUDUM LITERARIUM

ex Dēsideriī Erasmī Roterodāmī Colloquiīs Familiāribus



Discipulī ad lūdum litterārum properant dē pēnsīs domesticīs magistrīsque saevīs colloquentēs.

Persōnae: Sylvius, Iōannēs


Sy. Cūr adeō curris, Iōannēs?

adeō = tam (celeriter)

Io. Cūr lepus, ut aiunt, prō carnibus?

lepus prō carnibus *currit*: prō vitā suā

lepus, oris *m*



Sy. Quid hoc prōverbii est?

prōverbium, ī *n*: quod vulgō trāditur

Io. Quia nisi adfuerō in tempore ante recitātum catalogum, āctum est dē pelle meā.

magister catalogum recitat, ut sciat quī discipulī absint

Sy. Hāc quidem ex parte nihil est perīculī. Modo praeterita est quīnta. Īspice hōrologium, manus nōndum attigit pūnctum, quod hōram ab hōrā aequīs spatiīs dirimit.

agitur dē pelle: dē vitā et mortē

hāc ex parte: hinc modo: nūper

praeter-eō -itum -īre 4

īn-spīciō = aspīciō magnā cum cūrā

quīnta hōra

attingō < ad + tangō 3

dirimo -ēmi -ēmptum 3 = dīvidō

campāna, ae*f*



manus, ūs *f*

spatiū, ī *n*

hōrologium, ī *n*




fidem habeō = crēdō

Io. At ego vix habeō fidem hōrologiīs: mentiuntur nōnnunquam.

Sy. At mihi fīde, quī campānae vōcem audīvī.

Io. Quid loquēbātur?

quid campānae vōx loquēbātur?

- Sy. Hōram esse quīntam.
- Io. Sed est et aliud, unde magis etiam timeam.
Reddenda est memoriter hesterna lēctiō, satis
prōlixa. Vereor ut possim.
- loquēbātur hōram esse quīntam*
memoriter reddō: ex memoriā narrō
hesternus, a, um: quī heri fuit
lēctiō, īnis f: schola
prōlixus, a, um: longus
vereor ut possim: nōn crēdō mē posse,
ergō timeō
- Sy. Commūne perīculum narrās. Nam et ipse vix satis
teneō.
- Io. Et nōstī praceptoris saevitiam. Omnis illī noxia
capitalis est. Nec magis parcit nostrīs natibus
<...>
- teneō memoria*
nōstī = nōvīstī
praceptor, īris m = magister
saevitia, ae f < saevus
noxia, ae f = maleficium
noxia capitalis: maleficium prō quō
mortis poenam accipiunt
nec magis magister parcit
natēs, ium f: pars corporis posterior
vērum: sed is: magister
vicārius: quī prō alterō virō locum tenet
- Sy. Vērum is nōn aderit in lūdō. Quem igitur
vicārium cōnstituit?
- Io. Cornēlium.
- strabus, a, um*
- 
- vel: quidem
plāgōsus, a, um: quī aliōs verberāre amāt
- Io. Strabum illum? Vae nostrīs natibus. Is vel Orbiliō
plāgōsior est.
- Sy. Vērum dīcis; et ideō nōn rārō sum illīus brāchiō
precātus paralysin.
- Io. Nōn est pium, imprecārī praceptorī. Nōbīs
potius cavendum, nē incidāmus in illīus tyrannī
manūs.
- Sy. Reddāmus inter nōs vicissim, alterō recitante,
alterō cōdicem īspiciente.
- Io. Pulchrē monēs.
- Sy. Fac praesentī sīs animō. Nam metus officit
memoriae.
- Io. Facile dēpōnerem pavōrem, sī nōn adesset
perīculum. At in tantō discrīmine quis possit esse
sēcūrus animō?
- Io. Fateor; attamen nōn agitur dē capite, sed dē parte
dīversā.
- ideō = hac de causa*
paralysis, eōs f: sī corporis membra
movērī nōn possunt
pium est: decet
imprecor 1: precor ut malum fiat
in-cidō 3 < in-cadō = occurrō
- reddāmus memoriter*
vicissim adv.: prīmū ūnus, deinde alter
cōdex, icis m = liber, brī m
pulchrē monēs: bene dīcis
- praesentī sīs animō: nōlī timēre!
officiō -fēcī -fectum 3 +Dat. ↔ iuvō
- dē-pōnō -posuī -positum 3
pavor, īris m = timor
discrīmen, inīs n = perīculum
sēcūrus: sine cūrā, placidus
attamen: sed tamen